



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Glodesindis. V. 25. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

## S. GLODESINDIS V. 25. Iulii.

**F**Rustra estis DERIVALES homines. Nemo Christo Sponsam suam eripiet, quando contra hæc pugnat, & propugnat ille pugnatem. Id quod GLODESINDIS virgo jam olim fecit manifestum. Natam in principe familiâ domum ducebat ex parentum, non virginis, voluntate, Obolenus homo non tam sanguine, quàm sceleribus nobilis, cum ecce rege jubente nuptialis pompa in funebrem abit, & hujus imperio Obolenus in carcerem, non thalamum ducitur, sceleris convictus, mortem subit, non lectum; lessum audit, non Hymenæum. Vix hanc pugnam castitas pugnavit, cum altera excipit victricem. Despondent iterum homini GLODESINDEM, & melioribus jam, ut ipsi putabant, auspiciis. Quid ageret pudorbis proditus? more Parhi fugiendo vincit. ad D. Stephani contendit asylon, aramprehendit, & quem unum deperibat, Sponsum Jesum complectitur. Hederam viti illigatam dixisses. Et jam septimus dies jerat, & virgo cæli deliciis plena non senserat famem, cum apparantur palam & in conspectu populi nuptiæ placituræ tandem ipsi etiam virgini. Adsunt è cælo nitidissimi duo Ephebi Paranymphe, tertius flammeo inde etiam allato non repu-

Gg                      gnar-

466 VITÆ SANCTORUM. 26. Iulii.  
gnantem obnubit, jamque urbe attonitâ,  
jam parentibus etiam gaudentibus, GLO-  
DES INDIIS in thalamum suum (Virginum  
Collogium) abducitur. Ex Surio.

*Cura habere lilia penes te, seruis habere  
Deum habitatorem liliorum habitantem in  
te. Opus tuum, studium tuum, desiderium  
tuum lilia esse protestantur moralis quidam  
rerum ipsarum candor atque odor. S. Bern.  
serm. 71. in Cant.*

S. SIMEON CONE. 26. Iulii.

**M**undum omnem suis beneficiis o-  
bambulare voluisse SIMEON vide-  
tur, etiam postquam exiit è mundo, &  
vel inter Monachos vel Eremicolas vixit.  
Inter hos agenti cum fames ultima mi-  
naretur, cervus Divo sponte suâ victi-  
mam se stitit. Hierosolymæ hospes cum  
degeret, malos hospites dæmones sep-  
tem sibi fecit cedere. Romæ hereseos  
accusatus, accusatorem, quem malus  
genius corripuerat, precibus suis reus  
absolvit. Plura aliâ mira cum celebrem  
illic facerent, honores fugâ elusit. Fu-  
gientem cum Monachi ex itinere verberibus  
malè accepissent, conjectique eam  
ob rem in vincula ab Episcopo fuissent,  
SIMEON noctu hostes suos è carcere exe-  
mit; & gloriolam iterum fugiendo vicit.  
Pisâs cum ingrederetur, obvium è  
Styge nuntium habuit illud rogantem:  
*Quo*